



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones à Clemente X. & Innocentio XI. editas

Luxemburgi, 1739

LXXIX. Statuta pro bono regimine Provinciæ Neapolit. S. Petri de Alcantara
Discalc.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74708](#)

re, & fore suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit inviolabiliter observari: Sicque in praemissis per quosecumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, & quatenus opus sit dicta Congregationis Gallicanae, & Ordinis prefectorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & Confuetudinibus: privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores presentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robre permansuris, ad praemissorem effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 6. Volumus autem, ut earumdem praesentium literarum transumptis seu exemplis etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constituta munitis, eadem prorsus fides tam in iudicio, quam extra illud habeatur, quae habetur ipsi presentibus, si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XV. Maii MDCLXXX. Pontificatus nostri Anno Quarto.

LXXIX.

Confirmatur iterum, & extenditur Card. Protectoris Decretum de nihil agendo contra statuta a Sede Apostolica pro Provincia Neapolitana S. Petri de Alcantara Discalceatorum, ipsa prius non audit, tum etiam adverfus Decreta a dictae Sedis Tribunalibus, & Ministris emanata.

De erectione hujus Provincie, & aliis ad eam spectantibus vide adnotata in Constat. 78. Clem. X., que incip. Sacrosancti Apostolatus. sup. pag. 119. Predicti vero Decreti confirmationem reperies in Constat. 18. que incip. Exponi nobis. sup. Tom. VI. in Append. pag. 23. Tandem statuta ab Innoc. XI. habes in ejus Constat. 65. Alias fel. rec. sup. pag. 268.

Dat. 12. Junii
1680. A. 4.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Prædictum
Decretum
primo confir-
matum fuit a
Clem. X., ut
infra.

Confirmatio
Clem. X.

Preces Cu-
stodis & Ex-
provincialis
dictae Pro-
vincie.

Dudum fel. rec. Clemens PP. X. prædecessor noster quoddam Decretum a bon. mem. Francisco dum vixit Episcopo Ostien, & Veliterio S. R. E. Cardinale Barberino nuncupato, Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia, nuncupatorum apud Sedem Apostolicam Protectore ad favorem Custodiae S. Petri de Alcantara Fratrum Discalceatorum ejusdem Ordinis in Regno Neapolitano auctoritate Apostolica instituta, que postmodum in provinciam pari auctoritate erecta fuit, emanatum specifice confirmavit, & approbat per quasdam suas in simili forma Brevis die 8. Julii 1672. desuper expeditas literas tenore qui sequitur, videlicet: Clemens Papa X. Ad futuram rei memoriam. Exponi nobis nuper fecerunt &c.

§. 1. Cum autem sicut dilectus filius Joannes a Sancta Maria modernus Custos, & Exprovincialis dictae Provincie S. Petri de Alcantara in Regno Neapolitano Nobis nuper exponi fecit, multa alia subinde ab hac Sancta Sede per literas pariter in simili forma Brevis emanatas ejusque

Tribunalibus, & ministris per decreta, aliasque Scripturas ad favorem ejusdem Provincie pro recto illius gubernio, ac quiete, perfecta regularis disciplina observantia in ea stabiliendis, & conservandis, constituta & ordinata fuerint, quæ per importunas quorundam religiosæ tranquillitatæ dictæ Provincie insidiantium suggestiones convelli, aut perturbari possent, in maximum ejusdem Provincie, ac Regularis observantie, quæ in ea Domino Benedicente, viger, præjudicium, & detrimentum. Nobis propterea Joannes prefatus humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur ipsius Joannis votis hac in re quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, Censuris, & peccatis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latiss, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum praesentium dumtaxat consequent. harum serie absolventes, & absolutum fore carentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, ac praesertim Clementis predecessoris literas cum omnibus, & singulis in eis contentis harum serie confirmantes, & approbantes, omnibus, & singulis modernis, & pro tempore existentibus tam majoribus, quam minoribus Superioribus, & Fratribus dicti Ordinis quocumque nomine nuncupatis, sub peccatis supra expressis, auctoritate Apostolica tenore praesentium districte præcipimus, & mandamus, ne adversus prædictam Provinciam, aut in præjudicium, seu contra tenorem literarum Apostolicarum, ac ordinacionum, & decretorum quorundamque ad illius favorem ab eadem Sede, ejusque Tribunalibus, & Ministris haec tenus quomodolibet emanatorum quicquam, etiam minimum, five in Romana Curia, five extra eam, directe, vel indirecte per se ipsos, vel alios tam judicialiter, quam extra-judicialiter petere, attentare, vel facere audeant quovis modo, vel presumant, nisi prius de omnibus, & singulis diligenter informato Venerabili Fratre nostro Alderano Episcopo Tusculano ejusdem S. R. E. Cardinale Cybo nuncupato moderno, & pro tempore existente Ordinis supradicti apud Nos, & Sedem prefatam Protectore, qui de illis certiore reddere debet Ministerum Provinciale ejusdem Provincie pro tempore existentem, ad hoc ut defensioni ipsius Provincie consulere valeat: quod si quicquam fecus agi, vel attentari, aut etiam obtineri contigerit, id totum nullum, & subreptitum, nulliusque roboris, & momenti existat, nec cuiquam suffragetur.

Altera confir-
matio, & ex-
tentio prefati
Decreti.

§. 3. Decernentes easdem praesentes literas firmas, validas, & efficaces pariter existere, & fore, suosque plenarios & integros effectus fortiri, & obtinere; ac Provincie praefata, ejusque Superioribus, & Fratribus quibuslibet in omnibus, & per omnia plenissime suffragari. Sicque in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus, & singulis illis, que in Literis praesertim concessa sunt non obstat, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, ut earumdem praesentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constituta munitis, eadem prorsus fides tam in iudicio, quam extra illud habeatur, quæ habe-

retur

ANNO
1680.

286 INNOCENTIUS UNDECIMUS.

retur ipsis praesentibus, si forent exhibita, vel
ostensa.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo
Piscatoris die 12. Junii 1680. Pontificatus Nostri
Anno Quarto.

LXXX.

Confirmatur Decretum Congregationis, quo de-
finitum fuit, solum Priorem Generalem Ere-
mitarum S. Augustini habere jus aggregandi
ad Archiconfraternitatem Cincturarum; Vi-
carios vero Generales Discalceatos erigere
posse Confraternitates Corrigiatorum.

Aliud consimile Decretum d. Congreg. Episcop., &
Regular. confirmatum fuit Conf. 63. Alias ema-
navit. *infra* pag. 267.

Dat. 5. Julii
1680. An. 4.

Facultatem a
Greg. XIII.
Priori Gene-
rali conces-
sam fibi vin-
dicarunt Vi-
carii Gen-
erales.

De returno
S. Congrega-
tionis, ex
quo sequeba-
tur, nullam
ei cretio-
nen Ulyssi-
pone factam.

Preces d.
Prioris Ge-
neralis.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Do-
minicus Valvasorius Prior Generalis Ordini-
nis Fratrum Eremitarum S. Augustini, quod li-
cit dudum fel. rec. Gregorius Papa XIII. pre-
decessor noster literas Patentes unionum, & ag-
gregationum Confraternitatum, seu Societatum
Cincturarum, quæ de cetero fierent Confrater-
nitati S. Jacobi Civitatis nostræ, tunc sua
Bononien., sub nomine Prioris Generalis dicti
Ordinis tantum expediri mandaverit: nihilomi-
nis nonnullis abhinc annis Vicarii Generales
Congregationum Italiae, Galliarum, Hispaniarum,
& Lusitanie Fratrum Discalceatorum Ordini-
nis predicti jus aggregandi hujusmodi Confrer-
nitates ad Archiconfraternitatem Cincturarum
in Ecclesia ejusdem S. Jacobi Bononien.
institutam, non obtenta super hoc a Priore Gene-
rali ejusdem Ordinis facultate, sibi compete-
re prætererunt: Ortaque, & diu ventilata su-
per præmissa lice, Congregatio Ven. Fratrum
S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus
Episcoporum, & Regularium præposita Decre-
tum desuper edidit tenoris, qui sequitur, vide-
liefit -- In Causa Augustinianorum verten. inter
Patrem Generalem totius Ordinis S. Augustini
ex una, & Patres Vicarios Generales Discalceato-
rum Congregationum Italiae, Galliarum, Hispaniarum,
& Lusitanie altera ex partibus -- Sacra
Congregatio Eminens. S. R. E. Cardinalium
negotiis, & consultationibus Episcoporum, &
Regularium præposita Partibus auditis, referente
Eño Crescentio, censuit non licere Discalceatis Jus aggregandi ad Confraternitatem
Cincturarum Sanctæ Mariæ de Consolatione
positam in Ecclesia S. Jacobi Bononiae; posse ta-
men erigere Confraternites Corrigiatorum in
propriis eorum Ecclesiis tantum, servata tamen
forma Constitutionis sa. me. Clem. VIII., inci-
pien. *Quicumque &c.* emanat. sub die 7. De-
cembribus 1604., & Decretum ejusdem Sacra
Congregationis, ideoque erectionem factam in Ec-
clesia Discalceatorum in Civitate Ulyssiponis
esse nullam. Romæ 30. Septembribus 1678. G. Car-
dinalis Carpineus.

J. 1. Cum autem sicut eadem exposicio sub-
jungebat, præfatus Dominicus Prior Generalis
Decretum hujusmodi, quo firmis subscriptis, &
servetur exactius, Apostolicæ nostra confirmationis
patrocinio communiri, ac alias opportune
in præmissa a nobis provideri, & ut infra indul-
geri plurimum desideret; Nos ipsius Dominicis
Prioris Generalis votis hac in re quantum cum
Domino possumus favorabiliter annuere volen-
tes, cumque a quibusvis excommunicationis,
suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiastici
sententiis, censuris, & penis, a jure, vel ab ho-

mine quavis occasione, vel causa latis, si qui-
bus quomodolibet innodatus existit, ad effec-
tum præsentium dumtaxat consequendum harum
serie absolventes, & absolutum fore censentes:
supplicationibus ejus nomine nobis super hoc
humiliter porrectis inclinati, Decretum præ-
sertum auctoritate Apostolica tenore præsentium
confirmamus, & approbamus, illique inviolabili-
s, & Apostolica firmitatis robur adjicimus:
salva tamen semper in præmissis auctoritate ejus-
dem Congregationis Cardinalium. Præterea ne-
pia Christifidelium devotio in acquisitione Indul-
gentiarum decipiatur, memoratis Vicariis
Generalibus harum serie injungimus, ut Con-
fraternitatum Cincturarum hujusmodi jam ere-
storum, & per eos, seu eorum Antecessores
supradictæ Archiconfraternitati sine sufficienti fa-
cilitate aggregatarum aggregationem a præfato
Dominico, seu pro tempore existentis Priore
Generali Ordinis prædicti quantocutius fieri po-
terit, petant, ac tam præfatas Gregorii præ-
decessoris literas, quam præsertum dictæ Congre-
gationis Decreterum perpetuis futuris temporib-
us inviolabiliter obseruent, sub penis nostro,
seu pro tempore existentis Romani Pontificis ar-
bitrio imponendis.

J. 2. Decernentes easdem præsentes literas
semper firmas, validas, & efficaces existere, &
fore, suoque plenarios, & integros effectus for-
tiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro
tempore spectabit, plenissime suffragari; Sicque
in præmissis per quoscumque Judices Ordina-
rios, & delegatos, etiam Causarum Palati Aposto-
lici Auditores, judicari, & definiri debere; ac
irritum, & inane si fecis super his a quoquam
quavis auctoritate scienter, vel ignoranter con-
tingerit attentari.

J. 3. Non obstantibus Constitutionibus, &
ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus
sit Ordinis, & Congregationum hujusmodi,
etiam Juramento, confirmatione Apostolica,
vel quavis firmitate alia roboratis statutis, &
confuetudinibus, Privilegiis quoque Indultis, &
literis Apostolicis in contrarium præmissorum
quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis.
Quibus omnibus, & singulis, illorum te-
nores præsentibus pro plene, & sufficienter ex-
pressis, ac insertis habentes, illis alias in suo ro-
bore permanfuris ad præmissorum effectum hac
vice dumtaxat specialiter, & expressi derogamus,
exterisque contrariis quibuscumque.

J. 4. Volumus autem, ut præsentium lite-
rarum transumptis, seu exemplis, etiam im-
pressis, manu alicuius Notarii publici subscrip-
tis, & sigillo persona in Ecclesiastica dignitate
constitute munitis, eadem prorsus fides ubique
locorum tam in Judicio, quam extra illud ha-
beatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent
exhibitæ, vel ostensa.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo
Piscatoris die 5. Junii 1680. Pontificatus nostri
Anno Quarto.

Confirmantur quædam Ordinationes Generalis
Ordinis Eremitarum S. Augustini circa Elec-
tiones Superiorum, & Officialium in Quitensi,
aliisque Indiarum Provinciis.

Hac de re vide Conf. Exponi Nobis, & Conf.
slit. In supremo Militantis.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Exponi nobis nuper fecit dilectus filius Pro-
curator Generalis Ordinis Fratrum Ere-
mitarum S. Augustini, quod ad tollendas omnes

ANNO
1680.

Confirmatio
dicti De-
creti.

Vicarii Ge-
nerales pe-
tant a Priore
Generali ag-
gregationem
Confrater-
nitatum jam
erestarum,
& erigenda-
rum sub arbi-
trariis po-
nis.

Clausule.

LXXXI.

Dat. 8. Aug.
1680. An. 4.

Causæ sequ-
tiuum ordina-
tionum.

contro-